

Perifrastica attiva e passiva

La **perifrastica attiva** si presenta sotto la forma di **participio futuro** unito a una voce del verbo *sum*: *laudaturus sum*, *laudaturae eratis*, ecc. Viene usata per esprimere l'idea dell'imminenza di un'azione, resa in italiano con una delle seguenti espressioni:

sono sul punto di...	ho intenzione di...	mi accingo a...
sto per...	sono destinato a...	

regolando la persona e il tempo sul verbo *sum* (*sum*: «sono sul punto di»; *eratis*: «eravate sul punto di») e traducendo il participio futuro con l'infinito presente:

Discipuli lecturi sunt librum. Gli scolari si accingono a leggere il libro.

Se la perifrastica attiva si presenta in una proposizione dipendente, ci si regola secondo il caso. Ad esempio, se si presenta nella forma del *cum* + congiuntivo, si traduce col gerundio o con un'espressione di senso causale, temporale, concessivo:

Milites, cum pugnaturi sint, gladios destringunt.

I soldati, accingendosi a combattere, impugnano la spada.

oppure:

I soldati, quando si accingono a combattere...

(Osserva che in latino si dice *gladios*, perché le spade sono tante, mentre si traduce «la spada», perché ci si riferisce a quella di ogni singolo soldato).

A) Esercizio di traduzione dal latino

1) *Lecturus sum librum.* 2) *Scripturus eram epistulam.* 3) *Romani pugnaturi erant contra Gallos.* 4) *Hannibal oppugnaturus erat Saguntum.* 5) *Hannibal venturus erat in Italiam.* 6) *Bellum scripturus sum quod populus Romanus cum Iugurtha gessit.* 7) *Milites sub radicibus montis proelium commissuri erant.* 8) *Ob discordias civiles Romani libertatem amissuri erant.* 9) *Scipio copias in Africam traiecturus erat.* 10) *Alexander Magnus moriturus erat.*

11) *Cum Romani contra Gallos pugnaturi essent, milites conscripserunt.*
12) *Cum Hannibal oppugnaturus esset Saguntum, senatus ad eum legatos*

misit. 13) *Hannibal, cum in Italiam venturus esset, fratrem Hasdrubalem in Hispania reliquit.* 14) *Cum milites proelium commissuri essent, dux eos ad virtutem incitabat.* 15) *Cum Galli ad Urbem venturi essent, Romani dictatorem creaverunt.* 16) *Cum Scipio in Africam copias traiecturus esset, hostias rite immolavit.* 17) *Cum Alexander moriturus esset, anulum suum Perdiccae tradidit.* 18) *Cum pater moriturus esset, filios ad se convocavit.* 19) *Cum Romani hostes iam profligaturi essent, Pyrrhus elephantorum auxilio vicit.* 20) *Scio quod dicturus-sum vobis quam mihi notius esse.*

Per tradurre dall'italiano, procedi nel modo seguente:

1) traduci l'infinito col participio futuro, nel genere e numero del soggetto;

2) aggiungi una voce del verbo *sum* nel modo, tempo, persona e numero indicati dall'espressione che indica l'imminenza dell'azione:

ind. imperf. 3 pl.

Gli scolari si accingevano a leggere un libro.

Discipuli lecturi erant librum.

concordanza ind. imperf. 3 pl.

B) Esercizio di traduzione dall'italiano

1) Le ancelle si accingono a preparare il banchetto. 2) I soldati erano sul punto di attaccare battaglia. 3) I Romani avevano intenzione di fare la guerra contro i Cartaginesi. 4) I Galli si accingevano ad assediare la stessa Roma. 5) I Galli si accingevano ad organizzare una rivolta contro Cesare. 6) Annibale intendeva portare la guerra in Italia. 7) I consoli stavano per partire da Roma con l'esercito. 8) Catilina stava per preparare una congiura contro lo Stato. 9) Il senato era sul punto di mandare un esercito in Africa. 10) Metello stava per portare a termine la guerra contro Giugurta.

11) Le ancelle, accingendosi a preparare il banchetto, adornano la mensa con fiori. 12) I soldati, stando per attaccare battaglia, hanno una grande speranza di vittoria. 13) Avendo intenzione di fare la guerra contro i Cartaginesi, i Romani arruolarono nuove legioni. 14) Poiché i Galli stavano per assediare Roma, i Romani condussero nelle città vicine vecchi, donne e bambini. 15) Stando i Galli per preparare una rivolta, Cesare si affrettò verso la Gallia. 16) Annibale, accingendosi a portare la guerra in Italia, preparò un grandissimo esercito. 17) Stando i consoli per partire da Roma con l'esercito, gli auguri presero gli auspici. 18) Poiché Catilina si apprestava ad allestire una congiura, il console Cicerone rivelò i suoi piani (= *consilia*) al senato. 19) Avendo intenzione di mandare un esercito in Africa,

il senato elesse console Scipione. ²⁰ Allorché Metello stava per portare a termine la guerra contro Giugurta, il senato lo richiamò a Roma.

229. In labore divitiarum

Quidam pater familias cum moriturus esset¹ nec aliud quicquam possideret, quod filiis relinqueret,² nisi parvam vineam, eos ad se convocavit et ita allocutus est: "Ex hac vita iam migraturus sum, filii mei; mors enim adventat, nec multum tardabit. Vos profecto³ arbitramini me nihil vobis relicturum esse, cum sciatis me semper in egestate versatum esse. Nunc vero inopinatum rem vobis revelaturus sum: in mea vinea divitiarum conditae sunt, quas post meam mortem diligenter quaeritis ut invenire possitis". Sic filii, cum patri iusta fecissent, rati⁴ in vinea thesaurum defossum esse, terram in ea altius effodere coeperunt totamque inverterunt. Thesaurum quidem nullum invenerunt; sed vinea, diligenter subacta, uberrimos fructus tulit.⁵ Tum filii intellexerunt patrem significavisse laborem et industriam maximas esse divitias.

¹ cum moriturus esset: «poiché stava per morire»; perifrastica attiva. ² quod... relinqueret: «da lasciare». ³ profecto: avverbio. ⁴ rati: traduci col significato di participio presente. ⁵ tulit: «produsse»; ricorda gli altri significati fondamentali del verbo *fero*: «portare», «sopportare», «tramandare».

230. Quomodo Solon maerentem consolatus sit

Cum quidam ex eius amicis effuse lacrimaretur ob graves calamitates vitamque sibi exhausturus esset, Solon eum in arcem duxit hortatusque est ut per omnes subiectionum aedificiorum partes oculos circumferret. Quod ut ab eo factum animadvertit: "Cogita nunc tecum", inquit, "quam multi¹ luctus sub his tectis et olim fuerint et hodie versentur et insequentibus saeculis semper habitaturi sint, ac mitte² mortalium incommoda tamquam propria deflere". Qua consolatione demonstravit urbes esse humanarum cladum consaepta miseranda. Idem dicebat, si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum esse ut mallent³ domum referre propria quam ex communi miseriarum acervo portionem suam capere;⁴ itaque nos quoque non oportet, quae fortuito patiamur,⁴ ea intolerabilis amaritudinis iudicare.

¹ quam multi: «quanti». ² mitte: «smettita». ³ futurum esse ut mallent: «avrebbero preferito»; si usa *futurum esse ut* + congiuntivo presente o imperfetto in sostituzione dell'infinito futuro quando il verbo manca di supino e di preferenza anche nelle forme passive. ⁴ quae... patiamur: proposizione relativa col verbo al congiuntivo perché eventuale; traduci con l'indicativo.

231. De belli Veientis exitu

Bellum Veiens iamdiu protrahebatur et incerti exitus erat. Cum Romani de

urbis expugnatione desperarent et iam a bello turpiter destituri essent, legati Delphos missi hoc oraculi responsum renuntiaverunt: "Romane, aquam lacus Albani in mare suo flumine manare ne sinas.¹ Per agros eam rigato² et rivis dissipato. Tum hostium muris audax insiste: nam fata tibi victoriam contra eam urbem dabunt quam multos iam annos³ obsides. Post belli finem donum amplum ad mea templa gerito, et sacra patria quorum curam neglexisti rite instaurato". Cui responso notum est Romanos obtemperavisse. Deos rite placaverunt, ferias Latinas instauraverunt et M. Furium Camillum ad obsidendam urbem dictatorem miserunt. Qui statim omnium animos confirmavit et spem redintegravit. Ita brevi tempore opulentissimam urbem cepit quam Romani decem aestates totidemque hiemes frustra obsederant.

¹ ne sinas: congiuntivo esortativo; in italiano rendi con l'imperativo. ² rigato: imperativo futuro, come i successivi: *dissipato, gerito, instaurato*. ³ multos iam annos: «già da molti anni».

232. Octavianus cum Bruto etsi obsesso communicat

Octavius, qui postea Caesar Octavianus appellatus est, puerulus quattuor annorum, cum patrem amisisset, ab avunculo adoptatus est. Cum belli artem discere cuperet, avunculum, qui in Hispaniam profecturus erat, comitatus est; postea Apolloniam, Illyriae urbem tum liberalibus studiis florentissimam, se contulit, ut ibi optimas artes disceret. Avunculi morte audita, Romam rediit et, veteranorum exercitu collecto, auxilium tulit Decimo Bruto, qui ab Antonio Mutinae obsidebatur. Cum in hanc urbem intrare non posset quia ab hostibus intercludebatur, Brutum autem de suo adventu et de omnibus rebus, quas facturus erat, certiore facere¹ vellet, ei primo epistulas in levibus laminis inscriptas immisit, quas fluminis undis, quod per urbem intra moenia praeterfluebat, commisit. Postea aliud consilium securius secutus est. Quo² celerius epistulae ad Brutum perferrentur, eas ad colla columbarum, quas diu in caveis inclusas ac sine cibo tenerat, alligavit. Simul ac³ columbae, lucis cibique avidae, e caveis emittebantur, Mutinam petebant,⁴ ubi a Bruti militibus, qui ad id grana frumenti in quarundam domorum tectis posuerant, sine ulla difficultate capiebantur.

¹ certiore facere: «informare». ² Quo: congiunz. finale; sai quando si usa? ³ Simul ac: «Non appena». ⁴ petebant: «si dirigevano»; conosci gli altri significati del verbo *petere*?

La perifrastica passiva serve a rendere in latino il concetto del verbo «dovere». Per la traduzione dal latino si consiglia di procedere in questo modo:

- 1) il dativo (o complemento) d'agente diventa soggetto;
- 2) si inserisce il verbo «dovere» concordato col soggetto, nel tempo del verbo *sum*;
- 3) si traduce il gerundivo con l'infinito presente;

4) il soggetto della perifrastica diventa complemento oggetto in italiano.

Ad esempio, dovendo tradurre la frase

Nobis liber legendus est

si può procedere in questo modo:

<i>nobis</i>	agente	<i>est</i>	pres.	<i>legendus</i>	ger.vo	<i>liber</i>	sogg.
<i>noi</i>	sogg.	<i>dobbiamo</i>		leggere	inf.	il libro	c. ogg.

Questo procedimento vale per i casi in cui ci sia un dativo o un complemento d'agente; se essi mancano, si usano le forme «si deve», «si devono», «si doveva», «si dovette» ecc.

<i>Liber legendus est.</i>	Si deve leggere il libro.
<i>Pugnandum erat.</i>	Si doveva combattere.

C) Esercizio di traduzione dal latino

1) *Mihi liber legendus est.* 2) *Discipulis boni libri legendi sunt.* 3) *Militibus pugnandum fuit cum virtute.* 4) *Romanis novae militum legiones conscribendae fuerunt.* 5) *Amici nobis semper in rebus adversis adiuvandi erunt.* 6) *Militibus libertas defendenda erat.* 7) *Militibus pugnandum, discipulis studendum est.* 8) *Virtus omnibus semper colenda erit.* 9) *Amicitiae honestae colendae, pravae fugiendae sunt.* 10) *Omnibus hominibus moriendum est.* 11) *Veritas semper nobis dicenda erit.* 12) *Parentes semper colendi erunt.* 13) *Carthago delenda est.* 14) *Romanis atrox proelium cum barbaris committendum fuit.* 15) *Arma pro patriae salute semper capienda erunt.* 16) *Tyrannis semper obsistendum est.* 17) *Vituperandi sunt qui amicos in rebus adversis deserunt.*

18) *Magister dicit multos libros discipulis legendos esse.* 19) *Imperator dixit militibus pugnandum esse cum virtute.* 20) *Constat Romanis novas militum legiones conscribendas fuisse.* 21) *Nemo ignorat amicos in rebus adversis adiuvandos esse.* 22) *Cives sciunt militibus libertatem defendendam esse.* 23) *Omnibus patet militibus pugnandum, discipulis studendum.* 24) *Philosophi dicunt virtutem semper colendam esse.* 25) *Manifestum est amicitias honestas colendas, pravas fugiendas esse.* 26) *Cato dicebat Carthaginem delendam esse.* 27) *Rerum scriptores narrant Romanis atrox bellum cum barbaris committendum fuisse.* 28) *Haud ignoramus arma pro patriae salute semper capienda esse.* 29) *Cicero dicebat Catilinae obsistendum esse (= ci si doveva...).* 30) *Nemo ignorat vituperandos esse eos qui amicos in rebus adversis deserunt.*

La **perifrastica passiva** può essere usata in forma personale o impersonale. Si usa la forma personale quando il verbo latino è transitivo e c'è il complemento oggetto espresso. In questo caso, prima di tradurre, si consiglia di volgere la frase nel modo seguente:

Lo scolaro deve leggere molti libri. Molti libri sono da leggersi dallo scolaro.
cioè:

- 1) il complemento oggetto diventa soggetto;
- 2) si traduce l'infinito col gerundivo, nel genere e numero del nuovo soggetto;
- 3) si aggiunge una voce del verbo *sum*, nel modo e tempo del verbo «dovere», ma nella persona e numero del nuovo soggetto;
- 4) il soggetto diventa complemento d'agente e va posto in dativo (dativo d'agente):

Multi libri legendi sunt discipulo.

concordanza

Si usa, invece, la forma impersonale quando il verbo latino è intransitivo oppure, anche se è transitivo, manca il complemento oggetto. In questo caso per tradurre si volge la frase nel modo seguente:

Lo scolaro deve leggere. Dallo scolaro è da leggersi.

cioè:

- 1) il soggetto diventa complemento d'agente e va posto in dativo (dativo d'agente);
- 2) si traduce l'infinito col gerundivo, nella forma del neutro singolare;
- 3) si aggiunge una voce del verbo *sum* nel modo e tempo del verbo «dovere», alla 3ª persona singolare:

Discipulo legendum est.

Ricorda che va in dativo il complemento d'agente, mentre quello di causa efficiente rimane espresso in ablativo semplice. Se poi nella frase oltre al dativo d'agente c'è un altro dativo che può dare adito ad ambiguità di senso, il complemento d'agente va tradotto secondo la regola generale, cioè con *a, ab* + ablativo. Perciò non si potrà dire: *Mihi dandum est donum tibi* ma, a seconda del senso voluto:

A me dandum est donum tibi (= Io devo dare un dono a te)

oppure

Mihi dandum est donum a te (= Tu devi dare un dono a me).

D) Esercizio di traduzione dall'italiano

1) I discepoli devono leggere molti libri. 2) Le ancelle dovevano allestire il banchetto. 3) Dovremo scrivere una lettera. 4) Il console dovette arruolare molte legioni. 5) I soldati avevano dovuto espugnare la città con

la forza. 6 Tutti i discepoli devono leggere. 7 Le ancelle dovevano obbedire prontamente. 8 Dovremo scrivere per far conoscere i nostri progetti. 9 I soldati dovettero partire subito. 10 I soldati dovranno combattere valorosamente per non essere vinti. 11 Dovevo mandarti questo dono. 12 I genitori devono provvedere ai figli. 13 I consoli dovevano provvedere al bene della repubblica. 14 I vincitori devono risparmiare i vinti. 15 Cesare dovette soccorrere gli alleati in pericolo.

16 Dovendo leggere il libro, tornai a casa. 17 Le ancelle si affrettarono, dovendo allestire il banchetto. 18 Dovendo scrivere una lettera, Marco era tornato a casa. 19 I messi erano tristi, dovendo riferire la notizia della sconfitta. 20 Dovendo espugnare la città dei nemici, il comandante schierò l'esercito. 21 Dovendo leggere, tornai a casa. 22 Dovendo partire per la guerra, i soldati salutavano i parenti. 23 Marco era tornato a casa poiché doveva scrivere all'amico. 24 Poiché debbo provvedere a te, ti consiglierò queste cose. 25 Poiché si doveva combattere contro Annibale, il senato arruolò molte legioni. 26 Il maestro dice che i discepoli devono leggere molti libri. 27 La padrona disse che le ancelle dovevano allestire il banchetto. 28 Marco disse che doveva scrivere una lettera. 29 Il senato aveva deliberato che il console doveva arruolare le legioni. 30 Il comandante disse che doveva espugnare quella città con la forza. 31 Il maestro dice che i discepoli devono leggere. 32 La padrona diceva che le ancelle dovevano ubbidire. 33 Il senato riteneva che l'esercito dovesse partire. 34 Il comandante dirà sempre che i soldati devono combattere valorosamente. 35 Il comandante aveva detto che si doveva ritornare nell'accampamento.

36 Il pericolo fu talmente grande, che il senato dovette arruolare nuove legioni. 37 Il valore degli Ateniesi fu così grande, che i Persiani dovettero cercare salvezza nella fuga. 38 I cittadini resistevano così accanitamente, che i soldati dovettero espugnare la città con la forza e con l'inganno. 39 Ero così all'oscuro di tutta la vicenda, che dovetti scrivere una lettera all'amico per avere notizie. 40 Talvolta i discepoli sono così negligenti, che il maestro deve rimproverarli severamente. 41 I nemici erano così vicini, che i nostri soldati dovettero partire. 42 Gli Ateniesi furono così valorosi, che i Persiani dovettero fuggire. 43 Eravamo così all'oscuro di tutta la vicenda, che dovemmo scrivere agli amici. 44 I nemici erano così vicini, che i soldati dovevano procedere con circospezione per non essere sopraffatti da un assalto improvviso. 45 Le sconfitte ricevute furono talmente gravi, che i Romani dovettero eleggere un dittatore per continuare la guerra.

233. De Troiae excidio

Cum Graeci post decem annorum obsidionem animadvertissent urbem armis capi non posse et milites diuturnis laboribus fessos in patriam regredi cupere, statuerunt Troiam dolo capere. Qua re Ulixes, omnium Graecorum

callidissimus, hanc orationem apud milites habuit: "Iamdiu armorum vi ut Troiam caperemus frustra pugnāvimus; nunc igitur censeo nobis fraudem adhibendam esse quo' facilius, hostibus deceptis, urbem capere possimus, postquam cives ipsi moenia deiecerint". Sic Graeci, in urbem lignei equi fraude ingressi,² omnes fere cives necaverunt et urbem deleverunt.

¹ quo: finale. ² ingressi: «essendo entrati».

234. Alexander Magnus et Diogenes

Alexander Magnus in Graeciam descenderat et iam Corinthum pervenerat/ Ibi cum multi scriptores et philosophi ad eum salutandum¹ convenirent, sperandum erat Diogenem quoque, qui tum Corinthi habitabat, venturum esse. At cum ille regis voluntati minime satisfacere vellet, Diogenem ipse visere se contulit. Quem cum invenisset apricantem: "Ecquid a me vis?"² interrogavit. "Ego quidem paratus sum omnia quae vis facere". Tum Diogenes: "Hoc unum velim:³ paululum discedas, ne solem mihi officias". Ferunt Alexandrum, hanc procacitatem admiratum, exclamavisse: "Ego certe, nisi Alexander essem, vellem esse Diogenes!"

¹ ad eum salutandum: proposizione finale resa con *ad* e l'accusativo del gerundivo. ² Ecquid a me vis?: «Non vuoi forse qualcosa da me?». ³ velim: «vorrei»; con il congiuntivo presente si esprime un desiderio ritenuto realizzabile; per un desiderio irrealizzabile si usa il congiuntivo imperfetto *vellem* (osserva, infatti, l'esclamazione conclusiva di Alessandro).

235. Anguis mirae magnitudinis exercitum Romanum terret

Atilius Regulus, exercitu in Africam traiecto, primus ex ducibus Romanis in Libyae regionibus contra Carthaginienses pugnavit. Ibi urbem Clypeam et trecenta castella expugnavit neque cum hominibus solum, sed etiam cum immanibus feris et monstis ei dimicandum fuit. Narrant enim cum apud Bagradam flumen castra haberet et hostium impetum exspectaret, anguem mirae magnitudinis exercitum Romanum terruisse, multos milites ingenti ore corripuisse, alios caudae ictibus elisuisse, alios halitu pestilenti exanimavisse. Cum milites nullo modo ensibus vel sagittis monstrum perforare possent, quod durissima squamarum lorica omnia tela facile repellebat, tum machinis admotis, immanis belua tamquam arx munita multis balistis oppugnanda fuit. Cum tandem milites Romani saxorum pondere monstrum oppressissent, narrant cruorem ex corpore manavisse qui flumen ac regiones proximas veneno adeo infecit, ut Romani castra inde movere coacti sint. Ingentem feram milites pelle exuerunt et vastum corium Regulus Romam misit.

236. Danda est animis remissio

Solitudo et frequentia¹ miscenda sunt: sic erit altera alterius remedium. Nam odium turbae sanabit solitudo, taedium solitudinis turba. Nec semper in